

tissimi Geminiani episcopi et Christi confessoris implorandam assidue opem considerantes^a hoc preceptum fieri iussumus, per quod tam cultis quam incultis seu i[n des]ertis locis omne^b comitatu^b eidem^b civitatis cum omnibus rebus mobilibus et immobilibus ad se pertinentibus et^c concedimus, quicquid ad nostrum ius pertinere videtur, terras scilicet et [omne]^d districtum atque domos publicas murumque ipsius [civi]tatis cum fisco et teloneo integro seu cum omni iure civili intus et extra per circuitum usque in omnibus finibus suis — coherentiae vero huic comitatui sunt: prima usque in finem ^e[], secunda autem usque in Bolonia, tertia etiam us[que in Ma]ntua, quarta scilicet ad initium^f comitatus Lucensis^f — cortes etiam ipsius comitatus et territoria castella villas mansos nec non utriusque sexus familias servos et ancillas h[erim]annos et herimannas^g domos quoque possessiones piscationes foresta pascua montibus seu planitiis aquationes aquarumque cursus seu decursus paludes cuncta habita et tenta atque possessa ad partem ipsius sedis a predicto Ingoni episcopo vel a quolibet^h predecessore eius atque omnia aliquo inscriptionis titulo seu investitura actinus^a donata collata aut tradita predictę sanctę Mutinensisⁱ aeccliesię a quibuscumque hominibus vel potestatibus donamus concedimus confirmamus modisque omnibus corroboramus, una cum campis vineis pratis pascuis ierbis^a silvis frascariis buscariis montibus collibus vallibus planitiis ripis rupinis aquis aquarumque decursibus molendinis piscationibus, omnia cum omnibus rebus quę dici vel nominari possunt ad predictam episcopii sedem in integrum pertinentibus; et per hoc nostre confirmationis preceptum de nostro et regni iure et dominio in prefatę sanctę Mutinensisⁱ aeccliesię ius et dominium omnino transfundimus ac delegamus predictum districtum prefati^k comitatus^l et teloneum seu mercatum cum omni functione regali seu domos muros terrasque et utriusque sexus servos et ancillas et omnia, quę vocata sunt publica fiscalia vel comitalia aut vicecomitalia, quę posita esse videntur et constructa in predicto comitatu

a) A. b) A, es fehlen die Abkürzungszeichen. c) davor fehlt ein Wort, etwa 'donamus' d) Lücke in A, in der vielleicht 'ome' gestanden hat. e) dahinter Lücke in A, nur eine Unterlänge ist sichtbar. f) 'init. com. Luc.' auf Rasur, 'Lucensis' über der Zeile wahrscheinlich von gleicher Hand nachgetragen. g) das zweite 'n' über der Zeile nachgetragen. h) hinter 'q' zwei Buchstaben ausradiert. i) A; 'uti' auf Rasur einer Oberlänge, vielleicht von 'd'. k) 'i' corr. aus 'u'. l) 'tu' über der Zeile nachgetragen, 's' auf Rasur, korr. aus 'tu'.